

INDEFINIDOS EN LATÍN: *alius, alia, aliud /alter, era, erum*

alius, a, ud

	Singular			Plural		
	Masc.	Fem.	Neutro	Masc.	Fem.	Neutro
Nom.	alius	alia	aliud	alii	aliae	alia
Ac.	alium	aliam	aliud	alios	alias	alia
Xen.	alius	alius	alius	aliorum	aliarum	aliorum
Dat.	alii	alii	alii	aliis	aliis	aliis
Abl.	alio	alia	alio	aliis	aliis	aliis

alter, era, erum

	Singular			Plural		
	Masc.	Fem.	Neutro	Masc.	Fem.	Neutro
Nom.	alter	altera	alterum	alteri	alterae	altera
Ac.	alterum	alteram	alterum	alteros	alteras	altera
Xen.	alterius	alterius	alterius	alterorum	alterarum	alterorum
Dat.	alteri	alteri	alteri	alteris	alteris	alteris
Abl.	altero	altera	altero	alteris	alteris	alteris

Ejemplo: Iuppiter habet multos liberos: **alii** sunt mortales, **alii** sunt dei.
Júpiter tiene muchos hijos: unos son mortales, otros son dioses.

Antonius habet duos filios et duo habent bona officia: **alter** est medicus, **alter** est advocatus.

Antonio tiene dos hijos y los dos tienen buenos trabajos; uno es médico, otro es abogado.

ACTIVIDADES

► **Traduce** las siguientes oraciones.

1. Mars et Rea Silvia habuerunt duos filios: **alter** Romulus fuit, **alter**, Remus.

2. Iuppiter et Latona habuerunt duos liberos: **alter** erat Apollo, deus artium, **altera** erat Diana, dea silvarum et venationis. [**Vocabulario:** *ars, artis*: “arte”; *silva, ae*: “bosque”; *venatio, onis*: “caza”].

3. Romulus et Numa Pompilius reges Romani fuerunt; **alter** bellicosus fuit, **alter**, pacificus et pius.

Vocabulario: *Romulus, i*: “Rómulo”; *Numa Pompilius*: “Numa Pompilio”; *bellicosus, a, um*: “belicoso”; *pacificus, a, um*: “pacífico”; *pius, a, um*: “pío”.

4. **Alter** consul volebat incipere bellum, sed **alter** malebat petere pacem. [**Vocabulario:** *volo, vis, velle, volui, -*: “querer”; *incipio, is, ere, incepti, inceptum*: “empezar”; *malo, mavis, malle, malui*: “preferir”; *peto, is, ere, petivi, petitum*: “pedir”].

5. Imperium Romanum habebat multas provincias: **alia** erat Hispania, **alia** erat Gallia, **alia**, Britannia...

Vocabulario: *Hispania, ae*: “Hispania”; *Gallia, ae*: “Galia”; *Britannia, ae*: “Britania”.

TEXTO 1: TULO HOSTILIO, UN REY GUERRERO (Eutropio, *Breviario*, 1, 4).



Huic¹ sucessit Tullus Hostilius. Hic bella reparavit, Albanos² vicit, qui ab urbe Roma duodecimo miliario sunt, Veientes³ et Fidenates⁴, quorum alii sexto miliario⁵ absunt ab urbe Roma, alii octavo decimo, bello superavit, urbem ampliavit, adiecto Caelio monte⁶. Cum triginta et duos annos regnasset⁷, fulmine ictus cum domo sua arsit.

Notas.- 1. *Huic*: se refiere a Numa Pompilio; 2. *Albanos*: “albanos” (habitantes de Alba Longa); 3. *Veientes*: “veyos” o “veyentes” (habitantes de Veyes); 4. *Fidenates*: “fidenates” (habitantes de Fidenas); 5. *miliario*: era una piedra colocada cada mil pasos (= una milla) en las calzadas romanas en las que se inscribían las distancias y otros datos como el nombre de la persona que había pagado o arreglado la vía; 6. *Caelio monte*: el monte *Celio* pasó a ser con este rey una de las siete colinas de Roma; 7. *regnasset* < *regna(vi)sset*.

TEXTO 2: ¿LA GUERRA ES NECESARIA? ROMANOS Y ALBANOS

Numae morte ad interregnum¹ res rediit. Inde Tullum Hostilium, nepotem Hostili cuius in infima arce² clara pugna adversus Sabinos fuerat, regem populus iussit; patres³ auctores facti (sunt). Hic non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam quam Romulus fuit. Cum aetas viresque tum⁴ avita quoque gloria animum stimulabat. Senescere igitur civitatem otio ratus, undique⁵ materiam⁶ excitandi belli quaerebat. Forte evenit ut agrestes⁷ Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas in vicem⁸ agerent. Imperitabat tum Caius Cluilius⁹ Albae¹⁰. Utrimque¹¹ legati fere sub ídem tempus ad res repetendas missi (sunt). Tullus praeceperat¹² suis ne quid prius quam mandata agerent: satis sciebat negaturum Albanum; ita pie bellum indici posse. Ab Albanis socordius res acta (sunt); excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant.

Notas.- 1. *interregnum*, *i*: “interregno” (período que transcurría entre la muerte de un rey y el nombramiento de su sucesor); 2. *in infima arce*: “al pie de la ciudadela”; 3. *patres*: “senadores”; 4. *...cum... tum...*: “...por una parte, por otra...”, “...no solo,sino también...”; 5. *undique* (adv.): “por todas partes”; 6. *materia*, *ae*: aquí con el significado de “motivo”, “pretexto”; 7. *agrestes* = *agricolae*; 8. *in vicem*: “a su vez”; 9. *Caius Cluilius*: “Gayo Cluilio”; 10. *Albae*: caso locativo; 11. *utrimque* (adv.): “de uno y otro lado”, “por ambas partes”; 12. *praecipio*, *is*, *ere*, *praecepi*, *praeceptum*: aquí con el significado de “ordenar”.